

DE  
SVBHASTATIONIBVS  
ET LICITATIONIBVS

Tractatus absolutissimus.

IN QVO HABENTVR FREQVENTIORA

& practicabiliora in hac materia.

VNA CVM DECISIONIBVS SACRAE ROTAE ROMANAE  
ad eundem Tractatum collectis.

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS VALDE VTILIS, ET NECESSARIVS.

A VCTORE

IOANNE ANTONIO MANGILIO I. C.

ET ARCHIDIACONO PISAVRENSE.

*Cum locupletissimis Indicibus Questionum, Decisionum, & rerum notatu dignarum,  
quae tam in Tractatu, quàm in Decisionibus continentur.*

Nunc primam in lucem prodit.



BRACCIANI,

Sumptibus Ioannis Dini Bibliopolaë: MDCXXXVI.  
Apud Andream Phæum Typographum Ducalem.

Superiorum permissu, & Privilegio.

SANCTISS. PATRI  
VRBANO VIII.

Ioannes Antonius Mangilius Archidiaconus  
Pisarenfis Felicitatem.



D tuos iterum prouoluor pedes B. P. nimirum tua benignitas, ac superhumana facilitas allicit me, meoque pectore omnem extorquet metum ausi, ac temeritatis. Auspice te iterum, parturio, & post editas de Imputationibus in Legitimam, ac Trebellianicam, & de Euctionibus tractationes, tertium hunc emitto partum, de Licitationibus sub Hasta. Qui procul dubio nemini, quam tibi offerendus erat; nam cum in Cathedra Sapientiae sedes, hoc est, in summo fastigio Ecclesiae Militantis, vnde ad cunctos mortales pandis oracula Diuinitatis, efficies profecto, vt de mei exilis ingenij humilitate alta excogitet erudita Respublica sapientum, & publico plausu ego Homuncio excipiar ab ijs, qui tenent clauum Doctrinarum; sum scilicet hac in re imitatus veterum Gentilium astutiam, qui, vt se dignos apud homines redderent veneratione, quamdam cum Superis commenti sunt familiaritatem. Quam ego tecum non comminiscor B. P. cum per tuam clementiam, quae tanta est, quanta esse potest, vltro eam mihi exhibueris, & communicaris. Luculentum, ac praclarum hac de re habeo Testimonium insignem nimirum gradum honoris, nempè Archidiaconatum, ad quem in frequenti meorum Conciuium prospectu me tua nuper munificentia prouexit.

Quod



# INDEX ARGUMENTORVM

Quæstionum omnium,

QVAE IN HOC OPERE

continentur.

*Quæstio 1.* pag. 1

Debitor passus secundum decretum, an audiatur.



Subhastatio quid sit. Vnde dicta, & quare. Et quo iure sit introducta.

Quid in passo primum decretum. Et in causa iudicati.

*Quæst. 2* 3

Subhastationes quæ desiderant, vt legitimè fiât.

*Quæstio 7.* 13

Deliberatio in subhastationibus citationem an requirat.

Citationis defectus an, & quando sanatur ex clausula Arbitrio, &c.

Sententia absque citatione, an ferri valeat in quacunque die contra contumacem citatum, & non comparentem.

Arbitrio quando est locus ad sanandam nullitatem sententiæ.

Immissio vigore sententiæ nullæ quando dicatur spoliatiua.

Solemnitas quando dicatur omissa.

*Quæstio 3.* 5

Citatio qualiter, & quando requiritur in subhastatione.

Et quid de interpellatione, seu denunciatione.

*Quæstio 4.* 7

In subhastationibus, an citatio generalis per proclama, vel edictum sufficiat, præsertim quando creditores sunt certi.

*Quæstio 5.* 9

Subhastatio facta lite pendente, an subsistat

Citatio an, & quando requiratur emptoris, qua emittit rem litigiosam.

Citationem non fuisse factam, qualiter probetur.

Et quando citatio inducat litem pendentiam.

*Quæstio 6.* 11

Citatio an requiratur in re licitanda ante adiudicationem secundi decreti.

Et qualiter per Iudicem pronuncian- dum.

*Quæstio 8.* 16

Subhastatio quando fieri possit non relaxata effectuali executione.

Consensus supplet solemnitates requisitas in licitationibus.

Subhastationi quando non præiudicatur per actum factum ea pendente.

Ex subhastatione rei, quando inferatur ad translationem dominij.

*Quæstio 9.* 17

Citatio non comparente in subhastationibus quando aduersus illum procedi possit per contradictas.


Procurator vbi fuit constitutus, quid requiratur, vt non valeat procedi per contradictas.

DE  
SVBHASTATIONIBVS  
ET LICITATIONIBVS

Tractatus absolutissimus.

AVCTORE

IOANNE ANTONIO MANGILIO I. C.  
ET ARCHIDIACONO PISAVRENSE.



EPITOME.

Subhastatio quid sit. Vnde dicta, & quare. Et quo iure sit introducta.

SVMMARIVM.

- I Subhastatio est rei venalis publice expositio.
- II Est etiam venditio publica, num. 2. & 9.
- III Et est, quando aliquid venditur plus offerenti pretio ex eo redacto usque ad mensuram debiti assignato Creditoribus, num. 3.
- IV Qui actus vulgo appellatur Subhastatio, num. 4.
- V Et dicitur auctio, & quare, nu. 5.
- VI Subhastatio unde dicta.
- VII Hasta est symbolum Regie Maiestatis, & num. 8.
- VIII Creditoribus non licet inuadere, & occupare bona debitoris, sed iuris ordo seruandus est, ut prius condemnatur debitor, deinde Iudicis auctoritate procedatur ad captionem pignorum mobilium, & tenuta in mobilium.

- IX Bona in tenutam capta, quatenus emptorem non inueniant, adiudicantur in solutum Creditori pro suo credito.
- X Tenuta bonorum debitoris ad Creditoris instantiam accipi debet pro mensura debiti, & non ultra. Fallit in Creditoribus hypothecarijs, in quorum arbitrio est, quam rem velint ex pignoris persequi, num. 13.

QVAESTIO I.



Vbhastationum, & Licitationum Tractatum aggrediens opportunum fore existimaui, primum quærere, Quid sit Subhastatio;

Diffinitio enim pro sui natura quidditatem, & essentiam rei diffinitæ designat, sicuti dixit Bald. in l. 1. ff. de usufruct. Deinde subijciam, quare subhastatio ita vocetur, & quo iure, & ordine ad eam procedatur.

- I Subhastatio igitur est rei venalis publicè

A

blicè

# DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE,

Ad Tractatum de Subhaftationibus, & Licitationibus  
Excellentiss. D. Io. Antonii Mangilii Pisauri.  
ab eodem recollectarum.

## ARGVMENTORVM INDEX.

*Ad Quaest. 1. num. 13. nota*, Quod habens hypothecam, potest agere pro credito consequendo, & contra principalem debitorem, & contra possessorem bonorum dicti debitoris hypothecaria, vel Saluiano, vt fuit dictum in Romana Pecuniaria 15. Iunii 1609. coram Card. Marquemontio, in fine decif. 1.

*Ad Quaest. 2. num. 3.* Quod de solemnitatibus seruatis in alienatione rei Ecclesiasticae, non statuitur assertioni partium, sed de eis aliunde constare debet, alijs praesumitur eas, non interuenisse, fuit etiam dictum in Mediolanen. Bonorum 9. Iunii 1595. coram R. P. D. Iusto in fine decif. 2.

*Ad Quaest. 3. num. 3.* Antequam procedatur ad subhaftationem pignorum in executione captorum requiritur citatio ad reluendum, vt fuit dictum in Anconitana Bonorum 27. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino, in fine decif. 3.

In Curia autem non requiritur talis citatio, vt dicit Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 1. c. 43. n. 2.

*Ad q. 4. vbi dicitur*, quod creditores certi debent citari, non debet citari is, qui emit bona a defuncto, quorum existio adhuc non venit, vt fuit dictum in Bononien. de Cataneis Lunę 14. Decēbris 1615. coram R. P. D. Pirouano in fine decif. 4.

*Ad quaest. 5.* quod contra vendentem rem lite pendente, possit fieri executio absq. nouo processu, firmavit Rot. in Veneta Donationis 16. Aprilis 1616. coram Buratto in fine decif. 5.

*Ad quaest. 6. dic.* quod creditores, qui petierint ad causam admitti, si docet de suo

interesse impediunt executionem etiam trium conformium, vt fuit dictum in Toletana iuris Decimadi 19. Februarii 1593. coram Cardinali Pamphilio in fine decif. 6.

*Ad quaest. 7. adde*, quod pro validitate deliberationis vltra alia, requiritur citatio ad videndum mandari deliberari, alijs actus esset nullus, vt fuit dictum in Romana Spolii 27. Iunii 1615. coram bo. mem. Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano in fine decif. 7.

*Ad quaest. 8.* Vbi dicitur, quod vnā pars, si declarauit stare velle indicationi iurium, teneatur etiam illi stare alia pars fuit id etiam dictum in Romana Vineę 14. Iunii 1613. coram Cardinali Pamphilio, in fine decif. 8.

*Ad quaest. 9.* vbi dicitur, quod si debitor fuit personaliter citatus, eo non comparente, potest procedi per Contradictas, fuit dictum in Colimbrien. Decanatus 27. Ianuarii 1595. coram Iusto in fine decif. 9.

*Ad quaest. 10.* Vide in puncto decisionem Anconitana bonorum coram R. P. D. Merlino in fine decif. 3.

*Ad quaest. 11. nu. 9.* quod vbi subhaftatio, & deliberatio est nulla, debeat restitui res empta cum omnibus fructibus perceptis, Vide decisionem in Romana pecuniaria 20. Iunii 1614. in fine decif. 11.

*Ad quaest. 12.* quod deliberatio facta pendente termino a Iudice assignato, sit nulla, firmavit Rot. in Auximana Tutelę 24. Nouembris 1595. coram Gypso in fine decif. 12.

*Ad quaest. 13.* quod subhaftatio, seu